

gratiam in forma dignum, & pariter reprobo & similibus, diximus 2. p. c. 13. n. 206. & seqq. quæ vide, quia utilissima sunt ad prædicta.

78 Cui si iudex deferre non teneretur, adhuc remaneret iudex in causa, & quantum in se est, cum integra jurisdictione, qua mediante, posset ad ulteriora licite procedere, Bal. in addit. ad specul. tit. de arbitr. col. 7. vers. sed an pendente, arg. cap. cum appella. de appell. lib. 6. Bal. sequuntur, Barb. cons. 18. colum. 2. lib. 4. lit. in l. pecuniam n. 8. si certum potatur. Boër. quest. 284. num. 24. & 25. Menoch. de arbitr. iudicium lib. 1. quest. 70. n. 20. & alibi passim per Doctores, & ubi non licet appellari, iudex potest exequi sententiam, & ad ulteriora procedere etiam appellatione pendente, latè comprobatur Roland. à Valle consil. 77. num. 20. vol. 2. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 25. n. 1. & facit text. in cap. non solum, ubi præterquam in casibus à jure prohibitis: ubi notant communiter Doctores, & est validum argumentum, appellatio non suspendit, ergo iudex procedens non facit, attentata, quemadmodum & est validum à principio appellatio suspendit, & est deferendum, ergo processus attentatus, Franc. in c. bona n. 36. de appell. Nanfr. præf. conclus. super attent. cons. 131. Lancelot. ubi proximè n. 8. optimè vide per Covar. in præf. quest. cap. 23. n. 7. ubi plures allegat Scaccia tract. de appell. q. 17. lim. d. 6. memb. 2. sub num. 15. fol. 334. & limit. 22. num. 23. vers. subextende 1. & per arg. l. per hanc C. de tempor. appel. Vitall. in tract. de clausul. nihil nova appell. pend. in pria. in 1. limit. Surd. decis. 225. n. 15. plures citat Lancelot. limit. 25. & limit. 27. per totam. Menoch. de retinen. rem. 3. num. 846. Micr. de major. 3. p. quest. 24. num. 62. ad fin. Cæsar. Contar. in repet. l. unie. quest. 12. n. 6. fol. 549. C. si de momen. poss.

81 Quemadmodum & è converso si appellationi deferretur (prout teneretur, & etiam si non teneretur) cum per delationem abdicet à se omnimodam Jurisdictionem, & ad ulteriora procedere non possit, quia sunt ei ligatae manus, d. c. cum appell. friivol. de appell. lib. 6. B. Angel. & Imol. in l. constitutiones, ff. de appell. Franc. in cap. Romana 6. sin. autem n. 5. de appell. in 6. plures per Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 1. n. 70. & 80. Sigismum. Scaccia de iud. caus. civil. & crim. lib. 1. cap. 87. num. 124. & latius nos suis locis diximus.

82 Quare licet sententia negativa secum trahat executionem, hoc non proventit à jure, nec à iudice, quia jus ei non attribuit hoc privilegium, cum in iis deferretur mandata appellationi, sed proventit ab ipsa nature, quia non entis nullæ sunt qualitates, nec in ipsa executione jus operatur, imò si potuisset, illam naturaliter impediret, prout facit civiliter, scilicet illi resistens omnino per appellationem permissam, prout clarè apparet ex eo, quia appellatio in sui natura legitima, & permissa suspendit effectum sententiæ, etiam secum trahentis executionem, quod notabile dixit Scaccia de appellat. q. 3. num. 18. & n. 74. Philip. Franc. in cap. ad hoc quoniam, sub num. 1. & sub n. 5. de appell. Hieronym. de Monte Brixienf. defini. Rigundia cap. n. 1. post elios, causatque attentatum ex eisdem Doctoribus. Hieron. Gonzal. glos. 9. in annot. n. 183. & nos 2. p. c. 13. n. 261. & n. 249. & post alios Doctores, & Rotæ decisiones in optimis casibus fulcita est hæc doctrina 2. p. cap. 13. à n. 274. & seqq. quos omnino vide, & quæ nos 2. part. c. 13. n. 247. & supra.

83 Sed quia cum denegando iudex delationem, vel sua sponte, vel virtute decreti Regii, ut putant aliqui) retineat jurisdictionem (ut dictum est) reperitur in proxima causa innovandi, & attentandi per processum ad ultiores actus appellationi contrarios, vel etiam excommunicando, aut carcerando appellantem ipsum, ac propterea ob hoc periculum imminens, & instans iustè recurritur ad supremum tribunal Regium, ut iudex compellatur, deferre iustæ appellationi deferende

& ut reponat omnia si post modum attentaverit, & ut abdicet à se jurisdictionem, ne impofterum attentet, & ut furcus possit appellans, coram superiore litigare, appellationem prosequendo, & sic huius periculi vitandi causa recursus Regius est concedendus.

Exemplo res fiet manifesta, offero iudici in causa 85 vertente testes in eam intentionem, approbantes, prout adversarius suam, vel per alios, vel per scripturas probatam habet, iudex meos testes in contrarium vel redarguentes scripturas, vel directò aliter probantes contrarium, negat admittere, ab hac negatione appellatio emittitur, nolit deferre, dicunt jura esse in hoc casu negativo licitam appellationem quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum, simul, si in tribunali declaratur vim non fieri, remittendamque causam eidem iudici, potuisset ex potentia jurisdictionis, quam adhuc retinet, ad sententiam diffinitivam procedere, & per probationem partis adversæ, me in auditum, & non probantem reportare contrariam sententiam, quod jura abhorrent.

Vel pone etiam, quod postquam negavit dictam 86 admissionem restitum, vel probationis statum ad ulteriora processit in causa, cum superfedere teneretur in ea virtute legitime appellationis, suspensionem operantis, quoniam modo possent hæc attentata reponi, & huic oppresso succuri, si salubris recursus ad senatum denegatur, vel si in eo vim non fieri in non delatione, declaratur, diceretur potius attentatis, & violentiis favorem, & auxilium præstare, contra justam Catholicæ Majestatis intentionem.

Ecce & adhuc in diffinitivis sententiis, peto fundum 87 meum detentum à petro, vel pro centum, declaravit iudex, mihi non debere restitui, licita mihi, est hoc casu regulariter appellatio ( nisi aliqua specialis causa in contrarium obstat ) si iudex non defert, vel sua sponte, vel vi decreti Regii, non fieri vim, & causam ei remittendam virtute decreti ita declarantis, potest iudex executoriales expedire, in magnum juris patris, justitiæ, & reipublicæ decus.

Et maxime attende, quod in iis interlocutoriis ne 88 gativis, in quibus appellationem legitimam esse in totius operis discursu probavi, cum eorum gravamen secum afferat & executionem, fortius est, & magis justificatum gravamen, magisque qualificatum, & probabile, quia est executoriarum gravamen, & cum effectu, ac propterea major in eis ratio appellandi consideranda est, & admittenda, potius quam in aliis affirmativis, non executoriis; in diffinitivis cutem sententiis dubium non est ( ut diximus ) regulariter, & ita concludere, quod talibus gravaminibus appellationis interjectæ, dubium nullum esse posse: rectè cadere decreta violentiæ, sicut & in cæteris, & aliter dicere, 89 fore absurdum, & negligere jus penitus, prout quotidie observatur, indubitanter, & absque contradictione ferè, quia solum contentitur, & inquiritur, an appellatio ( de cujus declaratione tractatur ) sit licita, necne, ut si licita reperitur, primum genus decretorum, hoc est, vim fieri, deferendum, & reponendum, expeditur, & ita tenendum est, & de hoc articulo aliqua etiam egimus supra 1. p. c. 6. fundamento 4. & inferius vers. nono amplius nostra resolutio, à num. 33. ubi aliqua consideravimus, pluresque in terminis Doctores adduximus, quos hic omittimus, ac ideo ad ibi dicta poteris recurrere.



CAPUT XIV.

A sententia lata in criminalibus causis an, & quibus casibus, iudex non deferendo, violentiam facere dicatur, ubi etiam latè quod in notoriis, & quando:

SUMMARIUM.

- 1 Appellationi emissa in criminalibus, sicut & in civilibus regulariter ut licita deferendum esse, quotidie decernitur Senatus Regii.
- 2 Nec interim exequenda est sententia.
- 3 Sententia executio fieri non potest durante termino ad appellandum.
- 4 Executionem faciens iudex in criminalibus capitaliter punitur.
- 5 Iudici exequenti violentiam in criminalibus potest licite per vicinos, & consanguineos condemnati resisti.
- 6 Etiam in delictis enormibus, & atrocissimis, in quibus specialiter non est prohibita appellatio.
- 7 Et etiam crimine lese majestatis, magis communiter resolvitur, cum declarationibus, remissivè.
- 8 Appellationi in criminalibus nec tacite, nec expresse renuntiari potest.
- 9 Renuntiatio appellans in criminalibus valet, ubi delictum est notorium.
- 10 Confessus & convictus simul in delictis non aditur appellans, sed iudici exequi permittitur.
- 11 Et in quibus delictis, ibid.
- 12 Confessus & convictus in criminalibus & pecuniariis causis non aditur appellans.
- 13 Confessio ut tollat in criminalibus appellationem requirit spontaneum, non per torturam aut illius formidinem.
- 14 Lex tollens appellationem confesso intelligitur de sponte consistente.
- 15 Confessio spontanea dicitur, que post torturam illatam legitimis precedentibus iudiciis ratificatur, quæ appellationem impedit.
- 16 Confessio ejus, ad quod quis est in civilibus condemnatus, emanata post sententiam impedit appellationem.
- 17 Confessio post sententiam in criminali causa non impedit appellationem.
- 18 Appellatio de jure civili & canonico ut sit prohibita, confessum & convictum simul adesse, qui teneant, ubi de communi.
- 19 Appellatio ut denegatur reo tam de jure canonico, quam civili, ut sufficiat spontanea confessio qui teneant, & magis communem dicant.
- 20 & 22. Confessus reus tantum si in appellatione inserat aliquam causam offuscantem ejus confessionem appellare potest.
- 21 Confessus spontè & condemnatus si nullam inserat in appellatione causam offuscantem confessionem non appellat, sed sententia exequitur ea non obstante.
- 22 Quod procedit tam jure canonico, quam civili.
- 23 Et tam in civilibus causis, quam in criminalibus.
- 24 Appellationi emissa per condemnatum de crimine si monia deferendum non est.
- 25 Appellatio denegatur à sententia collationis beneficii vacantis propter simoniam lata à mixto executore.
- 26 Simoniacus notorius vel confessus non appellat, vel quando simoniacus respectu ordinis, etiam occultus, quia tunc non appellat.
- 27 Simoniacus occultus appellat, si simonia cadat super beneficio.
- 28 Latrones insignes, incitatores seditionum, vel duces factionum non audiuntur appellantes.
- 29 Etiam si confessi tantum sint, vel convicti.
- 30 Falsa moneta crimine damnatus etiam convictus tantum vel confessus non aditur appellans.

- 31 Accelerari penam & delinquentem statim puniri, ubi publice interest, appellatio non suspendit.
- 32 Delicti punitio ubi non recipit dilationem, permittitur & postea scribere.
- 33 Blaphemia sententia non suspditur per appellationem.
- 34 Heresi à crimine quando nunc admittatur appellatio, remissivè.
- 35 Beneficii crimen non recipit appellationem.
- 36 Assassinii crimen non recipit appellationem.
- 37 & 40. Raptus crimine condemnatus non appellat, declarata ut.
- 38 Etiam si sit confessus tantum, vel convictus tantum.
- 39 Raptus criminis causa damnatus scilicet socius, auxiliator, receptor, aut consulator appellare potest.
- 41 Spoliator causam dans homicidio non appellat.
- 42 Appellatio à carceratione vel ejus relaxatione, & de ejus effectu remissivè.
- 43 A suspensione vel privatione officii & lata in syndacatu an sit licita appellatio, remissivè.
- 44 A tortura, vel torture comminatione appellare quando liceat, remissivè.
- 45 A iudice denegante defensionem reo, prout aliis, appellatio licita est.
- 46 Inactorum copia, aut defensio quando reo non sit demandanda sive procedatur officio iudicis, sive ad petitionem partis.
- 47 Ordo juris non servatur in notoriis, sed tunc ordo est orationem non servari.
- 48 Notorium licet relevet ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi & allegandi.
- 49 Notorii probatio quando & quibus casibus requiratur, & de qualitatibus & requisitis hujus probationis, aut quid concludere & continere debeat, remissivè.
- 50 Notorium non requirit diffinitivam sententiam, sed ipsum est sententia desiderans executionem.
- 51 Notorium esse reo negante, procedendum est ad declarationem interlocutoriam formato iudicio, aliter non fiet executio.
- 52 Notorium an requirat libellum, & lisis contestationem, & quod citationem, remissivè.
- 53 Notorium quotuplex sit, juris, aut facti permanentis, vel transiens, seu momentanei, & quid manifestum & de singulorum attributis, & quomodo cognoscatur, & in quibus casibus verificetur, & de aliis pluribus, remissivè.
- 54 Appellationi à sententia lata super causa notaria regulariter non deferendam.
- 55 In notoriis iudiciis pronuntiatio non est proprie sententia, sed quedam juris executio.
- 56 Notorii sententia, ut impediatur appellationem, debet ferri cum expresso supposito notorii, & ejus facta mentione, non alias.
- 57 Sententia contra insignem latronem ut excludat appellationem, debet ferri cum expresso supposito insigni latronis.
- 58 Sententia interlocutoria declarans notorium præcedente negotione rei admittit appellationem.
- 59 Ab exceptionum excusabilium contra notorium denegatione interlocutoria appellatio admittitur, etiam si à diffinitiva non admittatur.
- 60 Notorium admittit appellationem, quando in ea exprimitur causa rationalis offuscans notorium.
- 61 Appellat. ubi regulariter sit prohibita, tamen ex aliqua ratione speciali in eodem casu sit permissa, debet specialiter exprimi in appellatione, ut ipsa admitti queat.
- 62 In notoriis quando sit licita appellatio, & seqq. remissivè.
- 63 Ab excessu penæ in notoriis, datur appellatio.
- 64 Manifestum delictum non tollit appellationem.
- 64 Iudex à quo inhibetur, non potest sententiam notorii exequi.



- 65 Delinquens in flagranti delicto, & notorio, equiparatur a jure, & ex obruto, & juris ordine omisso proceditur in utroque.
66 Sententia lata contra reprobum in flagranti crimine non appellat suspensivè.
67 Materia delinquenti reperti in flagranti, remissivè.
68 In omnibus criminalibus & notoriis, in quibus non est licita appellatio, tamen superseditur in sententia executione, quando iudex superior dubius cognoscat per inspectionem actorum inhibuisset inferiori.
69 Quod declarat in ibi.
70 In criminalibus regulariter ubi est prohibita appellatio intelligitur quoad utrumque, quia in eis executione est irrevocabilis.
71 Appellatio quoties est prohibita a diffinitiva quoad utrumque effectum, permittitur a qualibet ejus interlocutoria, etiam aliis non qualificata.
72 Appellationi emissa per clericum traditum curia seculari, quando sit vel non deferendum, remissivè.

DE generali regula in hoc articulo dubitavit nemo. Si quidem illud notum sit, ut in criminalibus, quemadmodum in civilibus, appellationis emissa a condemnato iudex non deferens violentiam facere manifestam, itaque in tribunalibus supremis adferre jubetur, & justè quidem, quia licita, l. addit. Etos in fin. ubi communiter Doctores notant, Cod. de Dpiscopal. audien. l. litigatoribus, ibi, tam in civilibus, quam in criminalibus causis; & c. Cod. de app. plurimis relatis recordat Boff. in tract. crimin. tit. de appell. n. 1, Decian. in tract. crim. l. 5. c. 58. n. 1. tom. 1. Angel. in tract. de malef. verb. presente dicto caso, & c. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. ampliat. 4. n. 1. cum seqq. Roland. à Valle conf. 74. n. 12. l. 3. Anton. Gom. variar. l. 3. c. 13. num. 31. Peregr. in tract. de jur. fisci lib. 7. tit. 4. n. 12. Viv. com. opinione 55. à n. nec interim est exequenda sententia, Lancelot. Robert. ubi proxime. A fin. in pract. §. 11. c. 2. l. 2. sub n. 3. Bear. dec. 153. n. 6. Baiar. in addit. ad Julium Clarum q. 94. n. 16. Guid. Pap. q. 74. incipit, in causis, & in tract. de app. qu. 120. post. princ. & col. 5. vers. item sicut ubi civili. Vital. de claus. in claus. nihil novari app. pen. sub n. 19. Prosper. Farin. in tract. crimin. 3. tom. 3. q. 101. c. 1. n. 2. & seqq. ubi extendit in executione facta durante termino ad appellandum, & quod iudex executionem hanc faciens capitaliter puniatur, posseque impunè resisti per amicos, & consanguineos damnati; ubi num. 7. ampliat, etiam in delictis enormibus & atrocissimis, in quibus specialiter non reperitur prohibita appellatio. & etiam in crimine læsæ majestatis, ut pro magis communi resolvit, cum aliquibus declarationibus.
8 Aded ut appellationi in criminalibus nec tacitè, nec expressè renuntiari possit, Boër. decis. 257. sub num. 16. Philip. Franch. in cap. cum speciali §. porro n. 6. ante medium, vers. sed certe in criminalibus, de appell. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. 12. ampliat. 2. n. 8. Angel. de malef. ubi sup. n. 80. Paris. de Put. de syndica. verb. appellat. cap. 1. n. 14. ante fin. Prosper. Farin. qui communiter ita per Doctores teneri firmat ubi supra n. 20. & seqq. ubi limitat, quando delictum sit notorium, quia tunc valet renuntiatio.
9 Tamen multi reperiuntur eos, quibus à jure specialiter appellatio prohibita est, prout testatur l. 2. Cod. quorum app. non recip. in hæc verba: Observare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, edulterorum, itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convictus, testibus superatus, voce etiam propria, vitium, scelusque confessus, audiatur appellans. Ex qua dispositione illud velut axioma deducunt Doctores, quòd convictus, & confessus simul de crimine non appellat, imò sui appellatione non

obstante, potest iudex sententiam ad ultioiorem executionem perducere, notant omnes nullo dempto, in d. l. 2. pariter in l. tantum, & in l. constitutiones, per illa jura ff. de appell. & est canonizata d. l. 2. in c. ei qui vers. nullus etiam 2. q. 6. Franc. in c. Romana, §. si autem n. 5. de appell. in 6. Canonista omnes in cap. cum speciali §. porro de appellat. plures allegant, Aug. de malef. verb. presente de caso n. 19. cum seqq. Marant. de ord. judicio. 3. p. 6. p. in 2. actu n. 191. fol. 250. in parvis. Rom. singul. 625. Carretius in pract. in tract. de appell. in prin. n. 2. & 3. Jodoc. in pract. crim. c. 449. n. 1. Foller. in pract. crim. 4. p. 3. p. verbo, & si constituntur, num. 89. Duennas in reg. 136. in prin. plures referens Covarr. in pract. q. c. 23. n. 5. in prin. Viv. commun. opin. 50. n. 1. & seqq. Jul. Clar. in pract. q. 94. n. 1. Lancel. de attent. 3. p. c. 11. n. 22. & c. 12. n. 12. Anton. Gomez. variar. l. 3. c. 13. n. 31. post medium, cujus reddunt rationem Decius in d. c. cum speciali §. porro n. 15. in fin. vers. & quia contra convictum. Carretius in pract. crim. tit. de app. in prin. n. 5. & seqq. Rolan. consil. 73. à n. 25. ex præsumpta scilicet, calumnia, quæ appellationi inesse videtur, quando quis est convictus, & confessus, quæ quidem lex l. C. quorum app. non recip. supra in comprobationem hujus limitationis adducta, procedit, & habet locum non solum in quinque illis delictis in ea numeratis, verum etiam in omnibus aliis, quibus reus convictus est, & confessus, ut tenent omnes ferè Doctores in ejus confirmationem adducti, per quos, & alios ita pariter resolvit. Far. in tract. crim. 3. tom. q. 101. c. 2. num. 116.

Quemadmodum est & in civilibus omnibus causis, & pecuniariis, in quibus aliquis est convictus, & confessus appellationi interpositæ non deferens iudex vim non faciet, cum minimè eo casu admittatur, l. 1. in d. l. 2. verb. propria, quam sequitur ici Bald. num. 6. Fulgos. in l. constitutiones num. 5. ubi etiam ceteri, ff. de appell. Imol. in l. creditor, §. jussus col. 7. ad fin. vers. & concludit ubi Hostiens. Ant. de Butr. in cap. cum speciali §. porro n. 6. & ibi Card. Zabar. col. 2. vers. & licet illa l. Joan. de Imol. num. 13. Abb. n. 5. Decius 14. & 15. de app. Capra in tract. de notoriis memb. 4. num. 113. Carret. in pract. tit. de appell. 3. in prin. num. 4. Covarr. in pract. cap. 23. num. 5. in prin. de communi. testatur Ant. Gom. ubi supra n. 31. post medium. Vivius opinio. 50. n. 1. ubi communem dicit.

Rursus cum simul requiratur ad effectum denegandæ appellationis, ut reus sit convictus, & confessus simul (ut dictum est) intelligendum est, ut confessio facta sit spontanea, secus autem si sit in tortura, vel tormentorum formidine, probat taxt. expressus in d. l. 2. C. quorum app. non recip. ibi, in ordine tormentorum territus contra se aliquid dixerit, provocandi licentiam in non denegamus, & c. & ibi post gloss. verb. propria, in princ. & in verbo aliquid notant, Covarr. Butr. Petr. de Bella petti. Bald. Soliget. Odofresi. Angel. Paul. Castr. Imol. in l. constitutiones, post num. 3. ff. de appell. & de jure canonico facit, gl. celebris in cap. Romana §. sin. antem verbo, vel de quo, vers. alii dicunt & fortè bene, de appell. in 6. ubi Hostiens. n. 20. Joan. Monach. 13. Archidi. P. Franc. 3. vers. in eadem gl. quæ quidem glossa etiam de jure Canonico canonizata est in c. ei qui n. nullus 2. q. 6. & ibi Currecremata in verbo, propria, n. 2. in verbo, aut formid. tormentorum. Præpositus in sumario, & n. 2. in fin. Aret. in c. at si clerici n. 17. de iudiciis. Philip. Franc. in cap. cum speciâ §. porro, post n. 5. vers. hoc intellige de appell.

Et ratio est, quam reddit Aretin, proximo citato loco, quòd in materia exorbitanti & stricti juris, sicut est quòd statutum, vel lex tollit appellationem confesso, & convicto, vel confesso tantum, non comprehenditur confesso, nisi sponte; sequitur Marant. de ord.

ord. judic. 6. p. 2. in actu 3 part. n. 281. vers. secus si per tormenta, fol. 250. in parvis. Carret. in pract. de appell. in princip. n. 2. Petr. Duen. regul. 156. in limit. 3. nisi ipsa confessio post torturam, aut formidinem tormentorum factam, ratificata fuerit per contentem, emanante tortura legitimis præcedentibus indicis, & subsecuta ratificatione, debito tempore, quia tunc cum telis confessio dicatur spontanea, propterea appellatio impeditur, ac si prorsus sponte qui confessus fuisset, ut post plures per eum relatos, latè comprobatur, & 16 prosequitur Farin. in pract. crim. 3. tom. q. 101. c. 2. à n. 133. qui num. 138. & 139. declarat ex aliis, quòd licè in civilibus, in quibus convictus ante sententiam, si postea confiteatur, in quo est condemnatus, non possit amplius appellare, nec ejus appellationi deferendum, secundum B. l. in l. addit. n. 1. n. in fin. C. de Episcopali. audien. B. l. in d. l. 2. Duennas in regul. 156. lim. 4. tamen in criminali causa causa confessio post sententiam appellationem non impedit.
17 Sed ut tibi liqueat in hoc articulo vera resolutio, advertite quod Farinac. in pract. crim. 3. tom. quest. 101. cap. 2. a num. 150. usque ad num. 153. refert unam communem Doctorem opinionem, quod ad effectum denegandæ reo appellationis requiratur ut sit confessus, & convictus simul, quæ procedit tam de jure civili, quam de jure canonico, & à num. 154. usque ad n. 156. 19 aliam contrariam refert, ut scilicet, tam de jure civili, quam & fortius, de jure canonico, quòd ad hoc, ut reo prohibeatur appellatio, sufficiat spontanea confessio, plures in hanc opinionem cumulat, restantes de magis communi, & magis observata.
20 Quas quidem cum scire distinctionis componere conatur à num. 157. quem communiter Doctores in harum contrarietate conducunt, ut scilicet, quando confessus tantum & condemnatus inserit in appellatione aliquam rationabilem causam offuscantem; vel conturbantem confessionem suam, puta, quia allegat se non spontè confessum, sed formidine tormentorum, vel per errorem, quòd probans, intendit eandem revocare, vel aliter curat, suam confessionem declarare (quod potest secundum Jac. Butr. in l. fin. vers. respondeat C. quorum appell. non recip. ubi Bella. per col. 2. vers. dicitur ergo. B. n. 3. Cyn. 2. in fin. Alberi. n. 2. gloss. in l. creditor, §. jussus in verbo appellans ad fin. ff. de appell. ubi Bar. n. 2. Alex. Madit. lit. 1. Alberi. n. 5. in fin. Imol. 4. Præpositus in 8. quicumque 2. quest. plures referens Prosper. Far. in pract. tit. de confess. & convict. q. 81. n. 326.) & tunc appellationi ut licet deferendum esse, ut ita intelligatur, procedat prima opinio.
21 At si spontè confessus condemnatus nullam inferat in appellatione causam, tunc appellatio nec admittenda, nec deferenda est. In d. ea non obstante iudex potest absque metu attentati ad executionem suam sententiam perducere, ut sic intelligatur secunda opinio, quam quidem distinctionem in utroque membro, probant Angel. in l. 2. n. 2. C. quorum appell. non recip. Fulgos. in l. constitutiones cum. 5. ff. de appell. ibi etiam Imol. n. 3. Alberi. in l. creditor §. jussus num. 6. ff. de appell. & de jure canonico in gloss. in c. Romana, §. si autem in verbo, vel de quo, vers. nisi vellet allegare de appell. in 6. ubi Gemin. n. 5. Hostiens. in cap. cum speciâ §. porro n. 6. verbo vel ipsius confessione, de app. l. Joan. Andr. num. 4. Bil. 10. Bellam. 4. Butr. 3. & 6. Imol. 12. Joan. de Anania 7. Ab. num. 1. 2. nota. & n. 5. Franc. 5. post medium. Decius 16. & 18. Archidia. in cap. quicumque, in prin. vers. in gl. 1. 2. quest. 6. & ibi etiam Præpos. num. 1. Turrecremat. vers. sed super hoc videat. August. ad Augel. de malef. verbo presente d. Caio. & c. post n. 21. & 22. Capra in tract. de notor. memb. 4. n. 3. Carret. in pract. crim. tract. de appell. §. tertius casus n. 2. Foller. in pract. crim. 1. p. 2. p. verbo & si constituntur n. 65. vers. prædicta tamen procedunt, & verb. & panis actus feriantur,

num. 6. vers. si verò. Vestr. in pract. lib. 7. c. 3. n. 16. Boff. in tit. de appell. num. 27. Julius Clar. in pract. crim. §. fin. quest. 94. in princ. Vulpell. conf. 137. num. 3. & 6. Covarr. in pract. quest. c. 23. n. 5. post. vers. secunda conclus. Conrard. qui testatur de communi, & celebriori Doctorem sententia in l. unio C. si de momen. poss. fuer. app. l. 3. n. 39 cum seqq. Cartari. de execut. sentent. cap. 1. n. 71. & 7. n. 101. Sigismund. Scac. in tr. de jud. caus. civ. & crimin. lib. 1. cap. 97. n. 118. & 125. loquentes, tam de jure canonico, quam civili, & videndi plures allegati à Farin. ubi supra n. 158. ubi n. 160. ex pluribus comprobatur, 23 hanc distinctionem pariter procedere & in civilibus causis, quoad effectum admittendæ, vel rejiciendæ appellationis per confesum condemnatum.

Pariter nec appellationi interpositæ per condemnatum de crimine simoniæ, iudex denegans delationem vim faciet, Gl. fin. in c. 1. de restib. in 6. Fel. in c. sicut el. r. de simonia, per illum text. Marant. de ord. judic. 6. p. actu 2. n. 287. fol. mihi 251. in parvis. Carret. in pract. crim. tit. de appell. §. nonus casus est n. 4. Rodoan. in tract. de Simonia 4. p. c. 6. in 12. Farin. in tract. crim. 3. tom. q. 101. num. 47. ubi adducit Rotæ decisionem 6. Jun. 1593. in qua dictum fuisse firmat, quòd licet regulariter non liceat appellare à sententia simoniæ, hoc tamen declarari duobus modis, primò ut non per hoc per hoc denegetur appellatio à sententia collationis beneficii vacantis propter simoniam, lata à mixto executore. Secundò ut tunc demum à t. li. sententia non detur appellatio, quando simoniacus est notorius vel confessus, vel si est occultus, simonia est respectu ordinis, secus 26 quando est occultus, & simonia cadit super beneficio, 27 quia tunc datur appellatio, quæ decisio est elegans & notanda, ubi declarat, quando impetrans beneficium alicujus ob ejus simoniam, vel in ordinibus, vel in beneficio sit ab executore dato, hoc est ab ejus sententia appellationi deferendum.

Rursus constitutiones, quæ de recipiendis, nec de appellationibus loquantur, ut nihil novi fiat, locum non habent in eorum personis, quos damnatos statim punire publicè interest, prout sunt insignes latrones, vel seditionum excitatores, vel duces factionum, verba sunt text. in l. constitutiones, ff. de appellation. x. quòd communiter notant Doctores, quòd hi delinquentes, de quibus in hac lege, non audivantur appellantes, in d. 3 appellatione non obstante contra eos sententiam exequendam esse, etiam si ipsi convicti, & confessi simul non sint, cum sufficiat, ut vel sint convicti tantum, vel confessi sint, ut ibi post gloss. notat B. Albe. Angel. Cuman. & Imol. Specula. in tit. de appellat. §. 1. n. 2. Paris. de Put. in tract. de judic. verb. appellat. c. p. 1. n. 1. in fin. & 13. Angel. de malef. verb. presente d. Caio, & c. n. 20. Marant. de ord. judicio. 6. p. actu 2. n. 285. Duennas regul. 156. limit. 5. Ant. Gomez. variar. l. 3. de delict. cap. 13. num. 31. in fin. & in 6. & 7. limit. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 19. & n. 5.

Rursus & si damnatus crimine falsæ monete non sit, 30 convictus & confessus simul, sed vel convictus vel confessus tantum, appellans minimè auditur, nec ejus appellationi deferendum, probat. in l. §. 1. C. de falsa moneta. ubi appellandi etiam privato licentia denegatur: gl. in l. 2. in verbo propria C. de falsa moneta. Rom. in l. Panton §. rei per duellionis n. 1. p. 2. vers. quare videtur probare ff. de acquir. heredit. August. de Angel. de malef. in d. verbo presente d. Caio post n. 15. in prin. ad lit. idem Angel. ubi n. 0. & ibi addit. verbo moneta, allegans Bal. in conf. 165. Marant. de ord. jud. p. 2. n. 283. f. 251. in parvis Carret. in pract. crim. tit. de appell. §. 16. casus est n. 11. Fab. de Montel. in pract. arbis p. 4. n. 409. fol. 182. Ant. Gom. de delictis c. 13. rub. de tortur. reorum; n. 31. Rolan. à Valle, conf. 73. n. 7. lib. 3.

Amplius appellationi deferendum non est in dispositione text. in l. si quis filio exheredato, §. si autem omnes